

II. fol. 125. *Incipit lectura 4<sup>a</sup> libri sententiarum Magistri Landulphi ordinis fratrum minorum. Ita: Fundamentum &c. Circa III<sup>m</sup> librum inchoando quero vnam questionem scilicet. Vtrum totalis nouitas alicuius effectus sit a virtute illimitata tantum. &c. Extrema sunt: Ad quam ille ipse nos perducatur, cuius regnum et imperium sine fine permanet &c. Amen. Explicit 4<sup>m</sup> sententiarum, ut supra, et rursus Tabula.*

## DXVII.

U. 440 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 108. f. per duas columnas non tamen eadem, qua praecedens, manu exaratus, coloribus distinctus, et, ut notatur in theca anteriore, quondam deputatus ad usum fratris Nycolai de Valchenstein studentis de provincia Austriae est iuxta clausulam Tabulae in calce Codicis ejusdem Landulphi Commentarius in II. Sententiarum, ut adeo non nisi Scriptum in III. nobis desit. Init: *Fundamentum primum &c. Celeber doctor bernardus mundialis fabrice conditionem admirans &c. et clauditur: nunquam inops et gaudens lucris. Qui es benedictus in secula seculorum. Amen. Tabulam Quaestionum adesse jam dixi. Com-*

*Qui dare vult alijs non debet dicere vultis.*

Accedit primum Index tractatorum alphabeticus cum altera parte regulae:

*Hoc verbum vultis nocuit saepissime multis.*

mentarium hunc impressum existere in Bibliotheca S. Laurentii major. Neapoli testatur Nic. Toppius in *Bibl. Neapolit.* p. 185. a me nunquam visum. Sed dolet Vir bonus nec Typographum, nec annum editionis sciri posse ob folium primum avulsum, in quo haec sane non oportebat quaerere, siquidem, ut ait, vetusta est Editio.

## DXVIII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 445 XIV. Folior. 350. f. per duas columnas nitide scriptus, et picturatus, olimque, ut theca postica docet, M. Jobannis Röchel (Argentinitis), qui eum a. 1411. comparauerat 7. florenis vngaricis, est iuxta verba clausulae *Lectura primi sententiarum edita a fratre gregorio de arimino ordinis fratrum heremitarum sancti augustini qui legit par. (isiis) Anno domini 1344. Initium prolixi operis est: Circa prologum libri sententiarum quero primo, utrum de obiecto theologico per theologicum discursum notitia proprie scientifica aquiritur &c. et finis: ut in omnibus nostra sit diuine uoluntati conformis eo prestante qui est super omnia benedictus in secula seculorum amen. Tum clausula jam adlata, et aurea regula:*

dein